

judine universæ Ecclesie corroborata sunt; sed pro diversorum locorum diversis moribus immetabiliter variantur; ita vix ut omnino nunquam inveniri possint causas quas in eis instituentis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione rescandendo existimo. Iudæorum cultus potissimum in rebus sensibilibus, & figuris situs erat; at non propterea cultum interiorem excludebat. Contra cultus Christianorum cum primis spiritualis; & internus est; quo, figuris & umbris electis, in spiritu & veritate fideles Deum adorent; ut inquit Paulus, & Ioannes. Non ita tamen internus & spiritualis est, ut sacramenta sensibilia, & visibilia eorumdem administrationem excludat.

XX. Obiciant 2. Ritus Romanæ Ecclesie reliquos esse ethnica, & iudaica superstitionis; cum ab Iudæis, & Paganis derivati videantur. Resp. Hæc sunt familiares novatorum calumpniæ, quas prius Manichæi, & ceteri heretici illorum præcessores catholice Ecclesie improperturunt. *Solemnes gentium dies* (crocitabat Paulus Manichæus, referente Augustino Lib. XX. cap. xv. contra eundem) cum ipse celebratis, ut calendar, sabbata &c. Quare constat nos, atque Iudæos sabbata esse gentilitatis. Inepta commenta recessit ibidem Augustinus. Ritus & ceremonias, inapte natura indifferentes, ad saluorum numinum cultum Ethnici adhibebant. Ceremoniis abutebantur in sacrificiis demoniis immolatis. Christiani sacras ceremonias adhibent in administrandis sacramentis a Christo institutis. Ideo ne reicienda sacre ceremonie, quia aut Iudæi eas carnaliter, aut Pagani sacrilege adhibebant?



Numquid sacrificia Patriarcharum improbanda sunt, quia Ethnici similiter immolabant? An contentenda virginitas, quia Vestales virginitatem servabant? Baptisma Iudæi, & plures ablutiones adhibent Gentiles, & Turcæ. Ideo ne reiciendum baptisma? Panes propositionis in mensa apponebant Iudæi, & Gentiles sacras cenas habent, Pascha, & Pentecosten celebrant Iudæi. Cur novatores baptisma, sacram cenam, Pascha, & Pentecosten celebrant? Tempia Pagani habent, habentque. Destruenda ne propterea templa nostra, vero Deo dicata, quia illa dicata fuerunt demoniis? Superstitio duplici ex capite oriri potest: aut ex obiecto, dum cultus creaturæ exhibeatur; aut ex pravis & obsecris actibus, & erroneis opinationibus, quibus religionis officia pollountur. Ex utroque capite Ethnicorum religio superstitione laborabat. Nos vero supremo veroque numini cultum offerimus, & puris sacrisque ritibus religionis officia peragimus. Neque confundendus est Iudæorum cultus cum Paganorum superstitione. Iudæorum ritus alii portendebant evangelicæ legis mysteria; & hi ritus cessarunt, quia, exorto veritatis Sole, umbra, & figura disperserunt. Alii devotionem fideliem, & decentem sacramentorum administrationem spectabant; ut vestes, thymamata, lumina, & cetera id genus. Hos ritus Ecclesia servat, quia non spiritu modo, sed corpore etiam colere Deum debemus. Legit S. Augustinus Lib. XX. contra Faustum cap. xxi. ubi omnia que nunc obtrudunt novatores, labefactata invenies. Et hæc de sacramentis in genere sufficiant.

LIBER SECUNDUS

D E

BAPTISMO, ET CONFIRMATIONE.

DISSERTATIO PRIMA.

D E B A P T I S M O .

P R Æ L O Q U I U M .



Eptem inter sacramenta que Christus instituit, principem locum, non dignitate, sed ordine, baptisma, cuius in presentia naturam, necessitatem, & effectus expositurus sum, occupat. Hic sacramentorum sanctorum, celestis regenerationis principium, vitæ christianæ fundamentum, & divine confederationis, qua & Deo, & mutuo copulamur, vinculum sacratissimum nuncupatur. Alius memoria commendanda sunt Apostoli verba, quibus tanti sacramenti præstantiam, & beneficia nobis declarat ad Rom. vi. inquit: *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestre. Unus Dominus, una fides, unum baptisma: unus Deus, & Pater omnium.* En paucis universe christiane professionis specimen, quod obverfari continenter oculis nostris debet, quod animarum Pastores, Confessarii, & ceteri Dei ministri altius inculcare, exponere, & quoad fieri potest, imprimere fidelium animis debent. Quare (inquit Catechismus Romanus Part. II. de baptismo. §. 1.) *Pastores nunquam se satis multam operam, & studium in huius sacramenti tractatione sollocasse arbitrentur.* Si quilibet lux professionis imaginem perspectam habere, eundem onera, obligationes, munia, dotes, & privilegia meditari debet, ut implere exacte eadem valeat; quanto magis Christiani in istius divine desponationis, qua se Deo dicarunt, dignitatem, castitatem, & præstantiam intendere animos attingantur, ut heinc intelligant quam sancta, quam perfecta, quam divina sit oportere illorum vita, quam casti illorum mores, quam celestis illorum conversatio. Maiores nostri, quos Deus ad illuminandam Ecclesiam suam constituit, hunc frequentissime trudebant clavum; & hoc professionis nostre exemplar referre ob oculos quam diligentissime satagebant. Mundo, diabolo, eiusque pompis in huius sacramenti inspectione nunquam remissimus. Quenam huiusce abrenuntiationis vis, & amplitudo? Quenam sunt pompæ illæ, quanam oblectamenta, quanam illecebræ, vanitates, & deliciae, quas divina hac abluti aqua detestati sumus? Ea sane omnia que Deo adversantur, que cum sanctitate pugnant, que reserri in gloriam Dei nequeunt. Numquid ad Dei gloriam dirigi spectaculorum, comediarum, theatrorum, choriarum frequentia valet? Num ad gloriam Dei, & Iesu Christi dirigi hodiernæ muliercularum, & effeminatorum hominum pompæ vanissime, amores luralentissimi, alloquia putidissima possunt? Dirigi ne in Dei gloriam queunt ludii, conversationes promiscuæ, otia, & mollis illa vivendi consuetudo que passim obtinet inter tot christiani nominis professores? Paulum audiamus, qui ad Ephes. v. clamat: *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mandans lavacro aque in verbo vitæ, ut exhibe-*

habet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquod lufumotum, sed ut sit sancta & immaculata. Vi istius professionis Dei filiorum comparavit dignitatem, subdit idem Apollolus ad Galat. 111. Omnes filii Dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Ex pluribus privilegiis, quae sancti Ecclesiae Patres baptismum tribuunt, pauca describam illorum quae S. Gregorius Nazianzenus uberrima eloquentiae vi exponit erat. xl. his verbis. Baptismus est splendor animarum, vita in melius mutatio, conscientiae ad Deum interrogatio. Baptismus infirmitatis adiumentum. Baptismus carnis est abiectio, spiritus assensio, verbi participatio, figmentio peccati, abiectio, lucis communicatio, vitiis assensio, vitiis abiectio. Baptismus vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Christo, fidei adiumentum, mentis perfectio, calefctus regni caelorum, vitae commutatio, servitutis depulsio, vinculum solatio, compositionis in meliorem statum conversio. Quid plura commemorare attinet? Baptismus omnium Dei beneficiorum praesantissimum, & magnificentissimum... Multiplex huius beneficii utilitas multis nobis appellationse peperit. Donum vocamus, gratiam, baptismum, unctiorem, illuminationem, incorruptionis indumentum, regenerationis lavacrum, sigillum, ac denique excellentissimum quoque nomine appellamus.

Pauca haec delibare in antecessum volui, ut animarum Pastores, & conscientiarum directores excitare ad redintegrandum istius christianae professionis imaginem, quae iam a plurium fidelium mentibus deleta est. Divinae imaginis splendorem quotidie teris mundi, carnis, & vanitatis exhalationibus obducere diabolus tentat, ut ad sua adoranda idola christianos deducat. Idcirco continenter adversus istius praestigia, & agrestis armare Gregem sumus Pastores debent, & sanctissimam baptismatis professionem vividius repraesentare, & obsoletam insinulare. Concionatoria haec esse reponent illi qui probabilissimis praedicationibus occupati, diffidia, verborum puenas, & opinionum praelia audire, & legere in deliciis duntaxat habent. At eo non pertinent exiui conatus nostri ut mentem ad dissipandum, iurgandumque erudiant; sed eo ut & veritatis lumen, errore pulso, mentem illuminet, & amoris divini ignis, extinctis concupiscentiae affectibus, voluntatem accendat, & ad lae professionis altissima onera adimplenda fideles omnes inflammet.

CAPUT I.

Baptismi origo, & notio.

I. Ethnicis idololatriae familiaria fuisse baptismata, & iustrationes, testatur Plotarchus in *Iside*, Virgilius *Aeneid.* IV. Tacitus *Annalium* XV. Scaechus in *Myrothecis Part. II. cap. lxxv.* pluresque alii, quos recenset Spencers *Vol. II. de leg. Hebr. disto. 111. sect. 1. cap. 11.* Nec corpora modo, verum etiam templa, immolandas victimas, veslesque frequenter abluabant. Apud Hebraeos quoque in usu baptismata fuisse, colligi posse videtur ex interrogatione Pharilorum, Praecursori facta, Ioan. 1. *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?* Contendunt heterodoxi, Iudaeis symbolum fuisse initiationis baptismum, quo Ethnici in gentis Iudaicae Ecclesiam deducebantur. Sed turpiter aberrant; cum evidenter constet Ethnicos, non per iustrationes, sed per praepitii praecisionem fecdos cum Hebraeo populo invisisse. Vanum commentum idcirco excogitatur novatores,

ut inde deducerent baptismum necessarium quidem esse tamquam symbolum christianae professionis iis qui ex Ethnicorum coetibus ad fidem veniunt; fecus iis qui ex christianis parentibus procreantur: & haec ratio baptismi necessitatem de medio tollunt. Quam errorem infra resellam. Baptizata, sive iustrationes apud Iudaeos non fuisse singulare initiationis signum, sed communem ceremoniam quam adhibebant leprosi, profani, Levitae, & Pontifices, communis est Theologorum sententia.

II. Heinc patet, nihil cum iustrationibus iudaicis commixtum habere, praeter aquae elementum, Christianorum baptismum. Praeclerunt utique figurae multae baptismi nostrum in veteri lege; ut diluvium universale, quo corruptum humanum genus purgatum fuit; Elias, neque propheta? Contendunt heterodoxi, Iudaeis symbolum fuisse initiationis baptismum, quo Ethnici in gentis Iudaicae Ecclesiam deducebantur. Sed turpiter aberrant; cum evidenter constet Ethnicos, non per iustrationes, sed per praepitii praecisionem fecdos cum Hebraeo populo invisisse. Vanum commentum idcirco excogitatur novatores,

III. De baptismum Ioannis, qui Christi baptismum praecessit, varia circumferuntur sententiae, & errores extremi. Sociniani pe-

nitus illum deprimit. Calviniani nimis illud extollunt. Nam Calvinus *Lib. IV. Instit. cap. xvi. §. 7.* efficit, idem fuisse profus Ioannis ministerium quod Apostolus postea delegatum est. Non enim alium baptismum faciunt, unde ipsi manus quibus administratos, sed eundem eadem doctrina ostendit. Hunc errorem profugavit Concilium Tridentinum, cuius verba mox dabo.

IV. S. Thomas III. Part. quae. xxxviii. art. 1. & 2. in pluribus discrepare baptismum Ioannis a baptismate Christi ostendit. Principio ratione Auctoritate. Secundo ratione sacramenti, cum baptismus Ioannis fuerit tantum, inquit Angelicus, quoddam sacramentale, disponens ab baptismum Christi; & ideo aliquoties pertinet ad legem Christi; non autem ad legem Moysis. P. Drui de re sacrum. *Lib. II. q. v. cap. 1. §. 4.* Cl. Molina *diff. de ann. Christi cap. v. num. 13.* non repugnant appellari sacramentum posse baptismum Ioannis. Verum quidquid sit, ab baptismum ille dici ratione quaedam generica sacramentum possit; certum omnino est penes omnes Catholicos, sacramentum proprie dictum, idemque cum baptismum Christi non fuisse baptismum Ioannis, sed pluribus titulis diversum. Tertio ratione efficacitatis, & effectus; cum Christi baptismata ex opere operatur, fecus baptismum Ioannis, gratiam producat. Heinc S. Thomas, cui ceteri Theologi luberunt, concludit loc. cit. art. 6. Unde illis qui tantum in aqua baptizati erant baptismum Ioannis non solum suppleendum erat quod deerat, ut scilicet darentur eis Spiritus sanctus per impositionem manuum; sed erant iterato totaliter baptizandi in aqua, & spiritu.

Qua doctrina in antecessum profugavit Angelicus errorem Calvinii, contententis baptizatos a Ioanne non fuisse rebaptizatos, sed tantum accepisse Spiritum sanctum per manuum impositionem. Clarius S. Doctor utriusque baptismi discrimen exponit *ibidem art. 3.* inquit. *Tota doctrina, & operatio Ioannis preparatoria erat ad Christum; sicut ministerii, & inferioris artificis est preparare materiam ad formam, quam inducit principalis artifex. Gratia autem conferenda erat per Christum, secundum illud Ioan. 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Et ideo baptismata Ioannis gratiam non conferrebat, sed solum ad gratiam preparabat tripliciter. Uno quidem modo per doctrinam Ioannis, inducentem homines ad fidem Christi. Alio modo sufficiensciendo homines ad ritum baptismi Christi. Tertio modo per penitentiam preparando homines ad suscipiendum effectum baptismi Christi.*

Tandem Concilium Tridentinum damnat novatorum errorem *sess. vii. can. 1.* Si quis dixerit baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismum Christi, anathema sit. V. Antequam veram baptismi notionem prodo, varias eadem significationes praefero. Baptismus graecum vocabulum est; quod latine immerfio, ablutio, lotioem significat. Frequentius nuncupari immerfio solet, quod iuxta veterem disciplinam per immersionem administratur. Significat quoque verbum baptizare, quatenus idem est ac mergere, plurimum affigi, ponere, martyrio affici: quia sicut in baptismum aqua, ita in penitentia lacrymis, & in martyrio sanguine perfunditur. Quae significationes eruntur & ex *Luc. XII.* Baptismus autem habeo baptizari, nempe pati, affigi, supplicis affici; & *Mar. x. Postis bibere calicem quem ego bibo; ut baptismum, quod baptizor, baptizari?* Quibus verbis trucebantur mortem exprimi omnes adfirmat. Martyrio praeritum baptismum comparatur ob similitudinem quae est languinem inter & aquam. Quare oportune Prosper *epigrammat. lxxxvii.* haec scribit.

Fraudati non sunt sacro baptismate Christi Fons quibus ipsa sui sanguinis unda fuit. Et quidquid sacri fere mystica forma lavandi, Id totum implicit gloria martyrii.

VI. Variis aliis vocalibus in Scripturis sanctis baptismum nuncupatur. Apostolus ad Titum *cap. 111.* vocat *lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus sancti*, quod homo carnalis per baptismum ad vitam spiritalem regeneratur. Idem Apostolus *Rom. vi.* sepulcrum baptismum appellat: *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem.* Tandem ob profectionem fidei in Christum, dicitur *sacramentum fidei*. Item sacramentum illuminationis, quia catechumeni illiuntur.

VII. Novatores falsis, & ad proprium errorem confirmandum opportunitas definitionis baptismi non explicare, sed implicare, & obducere student. Calvinus ait, baptismum signum esse initiationis, quo coaptatur in Ecclesiae societatem. Lutheranum cum Melanchbone dicunt, signum esse quo Deus nobiscum agit, & recipit in gratiam. Remonstrantes cum Episcopio & Wolchelio volunt esse publicum christiane professionis signum & essentiam. His arbitraris descriptionibus abundante praeritum haereticis venumum. Haec Iquidem interpretamenta eo dirigunt, ut neque aut efficacitatem, aut necessitatem baptismatis; cum in sola fide iustificacionem collocent.

VIII. Catechismus Romanus *Part. II. cap. 11.* §. 5. varias Scriptorum definitiones indicans, decernit, recte & appolite definiti, si dicitur, *baptismus esse sacramentum regenerationis per aquam in verbo.* Hæc definitio materiam, formam, & proprietatem baptismi paucis exponit. Convenit penes omnes, etiam novatores, baptismum esse divina gratie signum: quæ ratio cuique sacramento convenit. Esse autem sacramentum regenerationis, constat ex divinis Scripturis iam adductis. In verbo sita est sacramenti forma. Explicat definiti baptismum ex S. Thoma III. *Part. quest. lxvii. art. 1.* hoc pacto potest: *Baptismus est sacramentum quo homo exterius abluatur, & spiritaliter regeneratur per aquam sub forma verborum a Christo prescripta.* In hac definitione perspicue explicatur materia, forma, & finis baptismi, qui est spiritalis regeneratio. Sed utraque definitio eodem recidit.

CAPUT II.

De materia remota baptismi.

IDuplex baptismi materia: remota, & proxima. De hac infra, de illa nunc. Varii circa materiam remotam hæreticorum errores. Caiani seu Caiani, fratricide Caii veneratoris, ut Tertullianus *Lib. de baptismo adversus Quintillam cap. 1.* refert, baptismum aqua constare negabant: sive potius, quia *spirituales* le se iactabant, cum Gnoicis omnia signa sensibilia, seu sacramenta reiciebant. *Manichei*, delirantes aquam a principio malo profectam esse, baptismum in aqua repudiabant, Eumdem errorem propagarunt *Pauliciani*; quidquid in oppositum afferat Turnely *quest. 1. art. 2.* Seleuciani, & Hermiani seculo IV. aqua cum Manicheis reiecta, ut refert S. Augustinus *heres. ix.* igne, non aqua, ministrandum baptismum contendebant, ducti Ioannis verbis *Luc. 11. Iple vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne.* Hunc errorem aliqui ascribit etiam Iacobitis, qui tamen ab aliis Scriptoribus talis erroris expertes declarantur. Catharos, seculo XII. exortos, repudiasse baptismum in aqua, testatur Egebertus Bunnensis *serm. viii.* Alii non aqua, sed oleo baptismum administrabant. Alii tempore Stephani III. per vinum solum baptizabant, & tempore Gregorii IX. alii, deficientes aqua, cervisia baptismum conferabant. Theodorus Beza *Epist. 11.* ad Thomam Tiliam, cum haberi aqua non possit, vino, oleo, & quocumque liquore baptismum conferri posse scribit; quem errorem Scholasticis ignoranter

impingit. Tandem Lutherus in colloquiis synopoliacis, nempe convivalibus, *cap. vii.* effudit ad baptismum sufficere quidquid loco balnei esse potest: quem errorem adoptarunt non pauci novatores.

II. *Quest. I. Num sola aqua naturalis sit materia remota baptismi?* Resp. Omnis, & sola aqua naturalis est materia remota baptismi. Dogma istud expresse in Scripturis scriptis continetur. *Ioan. cap. III.* hæc habentur: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* S. Paulus *Ephef. v.* Christus dilecti Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, mundans eam lavacro aque. Aquam istam naturalem esse constat ex aquæ quam Christus ipse adhibuit, ult. Nam *loc. cit. Ioan.* hæc subduntur: *Post hæc venit Iesus, & discipuli eius in terram Iudæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.* Erat autem & Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim: quia aqua multa erant illic. Apostoli Iloa aqua naturali baptizant: nam *Act. viii.* de Philippo baptizante Eunucho Reginar Candacis dicitur: *Dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam: & ait Eunucho: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? .. Et descendit uterque in aquam Philippus, & Eunucho: & baptizavit eum.*

III. Obvia sunt & luculenta Patrum testimonia quæ perennem constituunt traditionem, in sola naturali aqua baptismum semper administratum in Ecclesia fuisse. Levantur præcipue Iulianus in *apolog. 11.* Tertullianus *Lib. de baptismo*, cuius hoc est initium: *Felix sacramentum aquæ nostræ, quæ ablati delictis pristina cæcitas, in vitam æternam liberarunt.* Sanctus Augustinus tractat, *xv. in Ioan.*

IV. Accedunt repetite Ecclesie definitiones. Gregorius IX. in scripto ad Archiepiscopum Nidrosiensem de baptizantibus cæcivisa in Norvegia ob aquæ penuriam respondit anno 1141. apud Raynaldum *historiam annorum.* Cum, sicut ex tua relatione didicimus, nunquamquam propter aquæ penuriam infantem terra tua contingat in cervisia baptizari: tibi tenore presentium respondemus, quod, cum secundum doctrinam evangelicam oportet ex aqua, & Spiritu sancto renasci, non debet reputari rite baptizari qui in cervisia baptizatur. Sed, missis pluribus aliis documentis, Concilium Tridentinum *sess. vii. can. 11.* hæc decernit. *Si quis dixerit, aquam veram, & naturalem non esse de necessitate baptismi; atque adeo verba ista Domini Iesu Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto,*

ho, ad metaphoram aliquam detorsit; anatema sit.

V. *Quest. II. Cur Christus Dominus aquam potius quam alium liquorem sumserit pro baptismi materia?* Resp. Nulla vera assignari ratio potest præter divinam voluntatem, quæ sic disposuit. Plures tamen facti illius congruentias Patres assignant, Tertullianus, Ambrosius, Hieronymus, Anselmus. Quas S. Thomas III. *Part. quest. lxvii. art. 3.* protulit, transcribere libet. *Primo quidem* (inquit) *quantum ad ipsam rationem baptismi, qui est regeneratio in spiritu sancto vivum; quod maxime congruit aquæ. Unde & semina, ex quibus generantur omnia vivencia, sicut plantæ, & animalia, humida sunt, & ad aquam pertinent: propter quod quidam Philosophi posuerunt aquam omnium rerum principium. Secundo quantum ad effectus baptismi, quibus competunt aquæ proprietates, quæ sua humiditate lavat; ex quo corruptionis est ad significandam, & causandam abluitionem peccatorum: sua frigiditate etiam temperat superfluitatem caloris; & ex hoc competit ad mitigandam concupiscentiam somitis: sua diaphaneitas est luminis suspensiva; unde competit baptismum, inquam est fides sacramentum. Tertio quia convenit ad representandum mysteria Christi, quibus inspicimur. Ut enim dicit Chrysostomus super illud *Ioan. 11.* Nisi quis renatus fuerit, & deinde novus rursus ascendit. Quarto quia ratio sine commentis, & absurditate est: convenienter materia necessitati huius sacramenti: potest enim ubique de facili haberi.*

VI. Opponunt Ioannes Molcus Eviratus in suo *Trato spirituali cap. clxxv.* refert, Iudeum anno dixerit 630. vehementer inque laborantem, deficientem aqua, arena ter super eum proiecta in nomine Trinitatis baptismum, continuo virtute baptismi convalescit. Simile factum narrat Nicephorus *Lib. III. cap. xxxvii.* Resp. Molcus narrat, repate sanatum Iudeum, non ob baptismum arenarum, sed ob ardens baptismi desiderium: subdit enim, ad urbem Alcalonen cum pervenisset, visum beato Dionysio mittere fratrem illum ad sanctum Iordamem, ibique baptizari. Nicephorus non diversum, led idem omnino factum narrat, confirmatque aqua laetatum Iudeum baptismum fuisse.

VII. Opponunt a. Stephanus Papa III. seu, ut alii volunt, II. rogatus a Presbytero validum ne baptismum esset collatum infanti in vino, aqua deficienti, respondit: *Si in vino*

quis, propterea quod aquam non inveniret, periclitaretur infantem baptizavit; nulla ei exinde ascribitur culpa. Infantes sic perennaverunt in baptismo. Resp. P. Natalis Alexander animadvertit *seculi. viii. cap. 1. artic. 6.* ita quidem narrare Sirmondi editionis, sed nequid ibi curare; quod & alii erudit viri diffident, observantque *glossam tenere interpresem* a librario: quo subarto, Presbyter absolvit quidem ob ignorantiæ ab excommunicatione; at non probatur baptismum. Alii tribuant hoc responsum Stephano Tornacensi, secus Stephano Pontifici Romano. Tandem Sirmondus ipse, qui primus Stephani responsa edidit, animadvertit, eundem responsum privatam data fuisse Monachis Britanienibus; atque adeo privatam esse opinionem, non pontificiam definitionem. Sed prima mihi probatur responso, nempe, supposititium esse hoc Stephani scriptum.

VIII. *Quest. III. Num vetustus, & probandus sit usus quo Ecclesia Romana consecrat aquam baptis non inferientem?* Resp. Vetustam hæc sacra consuetudinem esse obstant Patrum testimonia. S. Basilus de Spirit. sanct. *cap. xxvii.* *Benedicimus autem aquam baptismi, & oleum unctiois, ac propterea ipsum qui baptismum accepit.* Cyrillus Hierosolymitanus *catech. 11.* inquit: *Et illa que in aris offeruntur, cum natura sunt pura, invocatione deorum impura efficiuntur; sic contra aqua simplex, per sancti Spiritus, & Christi invocationem accepta virtute, sanctitatem consequitur.* Sanctus Cyprianus *epist. lxx.* *Oportet ego mundari & sanctificari aquam prius a Sacerdote, ut possit baptismi suo precata hominis qui baptizatur, abluere.* Sanctus Ambrosius *Lib. I. de sacra. cap. v. inquit:* *Forma baptismatis, & usus hoc habet, ut ante omnia consecratur, & tum descendat qui baptizandus est. Nam ubi primam ingreditur Sacerdos, exortum facit seculum centuriam, aqua, invocationem postea, & precam desert, ut sanctificetur fons, & adit præsentia Trinitatis æternæ.* Audiant Ambrosio opus istud novatorum plures; at negare nequeunt, Auctorem huiusce operis floruisse ante octavum seculum; quod satis foret ad evincendum sacre cæremoniæ vetustatem; etiam si alia desseet antiquitatis monumenta, quæ iam recessit. Sanctus Augustinus *serm. ccclii.* scribit: *Quia baptismus, idest salus aqua, non est salus, nisi Christi nomine consecrata, qui pro nobis sanguinem fudit, cruce ipsius aqua signatur.* Plurima alia antiquissimi ritus documenta referunt erudit vir Marten *Lib. Lat. 13.* Hugo Menardus in *notis ad Sacra-*

ment. Gregor. not. 306. Iacobus Goarius in Graecorum Euchologii. Denique antiqui libri rituales omnium nationum ritum hunc probant. Quid quod nihil nisi disciplina hanc inuixerit ritum, etiam inde emolumentum caperent novatores; cum plenam Ecclesia habeat potestatem eos ritus prescribendi quos pro tempore opportunitate congruus iudicat, & pietati promouenda consentaneos? Sed novatores nostris fat est aduersus ea omnia bilem evomere que in Ecclesia Romana obriunt, sive antiqua sive nova sint. Verum audaculorum hominum impudentia deridenda potius quam reprimenda est. Sacrum ritum nostrum aquae baptismalis consecranda probant Ecclesiarum consuetudo, Patrum traditio, Baptisteria antiquissima consecrata, & miracula apud eadem patrata. In baptismo tamen non lolemni, sed privato libere, omitti aquam consecratam, & adhiberi posse commune, omni culpa sublata, censent plures. Verum qui adhiberet commune, cum habere consecratam posset, culpae expers non esset, ut ego quidem sentio: quidquid in oppositum dicat Gobat cum aliis.

CAPUT III.

Plures quaestiones quae proxim spectant, resolvuntur.

I. **N**umeras quaestiones morum tractationes agglomerant de aqua ad baptismum necessaria. Omnes Catholici fateantur, solam aquam naturalem esse baptismatis materiam; sed disputant, quid nomine naturalis aquae intelligendum sit, & quid in casibus necessitatis agendum, si communis aqua desit, & adit liquor aquae affinis? Praecipuas quae tractari hoc de argumento quaestiones solent, brevitate summa disceptant.

II. **Q**uest. I. *Quoniam aqua dicenda naturalis est?* Resp. Eruditus P. Drin de re sacrament. Lib. II. cap. I. *quest. III.* oprime advertit, esse communi hominum sensu, non esse Philophorum disputantibus; iudicandum esse quae aqua dicenda naturalis sit. Rituale Romanum, iussa Gregorii XIII. editum, peripicue ad quaestionem propositam pag. 17. his verbis respondet: *materiam huius sacramenti esse aquam veram, & naturalem, ut fontium, puteorum, matris, fluminum, lacuum, stagnorum, paludum, cisteriarum, & pluvialium; & sic quancumque simplicem, & puram, quae propriam aquae speciem retineat: nec referre frigida sit, an calida: non autem esse aquam artificialem, ut ea*

rosae, floribus, herbis, seu similibus rebus expressam, aut distillatam, neque quovis alium liquorem. Habes hic explicatam naturalem aquae conditionem, & etiam quomodo plures quae disputari quaestiones solent, paucis resolvere valeas.

III. **Q**uest. II. *Aqua corrupta adhiberi ne in administratione baptismi potest?* Resp. Verlat hanc quaestionem S. Thomas III. Part. *quest. lxxv. art. 4.* ubi ea principia constituit, quibus sine omnes, plurimae modernae quaestiones quas in utramque partem modernae Casuistae disputant, resolvuntur. Respondet itaque S. Doctor. *Dicendum, quod aqua suam puritatem, & simplicitatem potest amittere dupliciter: uno modo per mixtionem alienius corporis; alio modo per alterationem. Utrunque autem horum contingit fieri dupliciter, scilicet per artem, & per naturam. Ars autem desit ab operatione naturae: quia natura dat formam substantialem; quod ars facere non potest; sed omnes formae artificiales sunt accidentales, nisi forte apponendo propriam agentem ad propriam materiam, sicut ignem combustibili: per quem modum a quibusdam quaedam animalia per putrefactionem generantur.*

Quaecumque igitur transmutatio circa aquam facta est per artem, sive commiscendo, sive alterando, non transmutatur species aquae. Unde in tali aqua potest fieri baptismus; nisi forte aqua admisceatur per artem in tam parva quantitate alicui corpori, quod compositum magis sit aliud quam aqua; sicut lutum magis est terra quam aqua; & vinum lymphatum magis est vinum quam aqua.

Sed transmutatio quae fit a natura, quandoque quidem speciem aquae solvit: & hoc fit, quando aqua efficitur per naturam de substantia alienius corporis mixti: sicut aqua conversa in liquorem urae est vinum, unde non habet speciem aquae. Aliquando autem fit per naturam transmutatio aquae sine solutione speciei; & hoc tam per alterationem, sicut patet de aqua calefacta a Sole; quam etiam per mixtionem, sicut patet de aqua fluminis turbida et permixtione terrestrium partium. Sic ergo dicendum est, quod in qualibet aqua quaecumque transmutata, dummodo non solvatur species aquae potest fieri baptismus; si vero solvatur species aquae, non potest fieri baptismus. Si hanc doctrinam memorie commendaveris, facillime quascumque dubitationes quae occurrere possint, solides dilues.

IV. **Q**uest. III. *An uas, ex quo aqua gutta aqua satis ad baptismum fit?* Resp. Probabilis partem aientem veram esse, respondet Leander *disp. II. q. 111.* pro qua opinio falso

falso citatur ab Henriquez S. Thomas. Quoniam, inquit Leander, per alperionem unius, aut duarum guttarum vere dicitur homo ablutus. Sed opposita sententia est vera. Iuxta enim commune sentiam aqua gutta vere corpus non abluit. Paulus Comitolus Auctor gravis Lib. I. q. 111. ex Victoria refert, in Germania unam guttulam aquae in baptismo conferendo adhiberi. Si veritas haec adeo baptismum abluat corpus, sufficiens erit baptismi materia. Verum quantitas aquae quae sub una guttula communitur accepta continetur, sufficiens haud est baptismi materia.

V. **Q**uest. IV. *An aqua ex sale liquato sit apta baptismi materia?* Resp. Negant Angelus, Sylvester, Laymanus, Palaus, & alii. Adfirmant vero communiter alii, inquit Leander *quest. v. ubi* plures laudat. Rationem assignant, quia sal ex aqua confatur velivo Sole indurata. Ergo, liquato sale, suam pristinam naturam aqua indit. Ego extra necessitatis calum aquam materiam pro baptismo hanc aquam non reputarem. Siquidem aqua in sale indurata mixtum efficit naturae profus diversae, suamque naturam omnino amittit. Ergo sale liquato humor, seu liquor expressus ab aqua naturali diversus est. Ideo extra necessitatis calum ineptam reputarem, salvo meliori iudicio, pro baptismo materiam. Et hanc esse doctrinam S. Thome exilimo supra n. 3. transcriptam, ubi inquit: *Si vero solvatur species aquae, non potest fieri baptismus.* Porro solvi speciem aquae in sale convertit mihi certum videtur.

VI. **Q**uest. V. *Aqua resoluta ex nive, glacie, gelu, aut rore caeli, est ne sufficiens baptismi materia?* Resp. Adfirmans sententia communis est. Quoniam aqua in nivem aut gelu coagulata suam naturam non amittit. Ideo, liquata nive, aut gelu, aqua est naturalis.

VII. **Q**uest. VI. *Nix, & glacies sunt ne apta baptismi materia?* Resp. Leander *loc. cit. quest. VII.* testatur, omnes communiter negantem sententiam defendere. Nihilominus ipse probabiliter adfirmare non veretur. Verum communis sententia tenenda est: quia glacies, nix, granda apta non sunt abluere corpus. Materia autem apta baptismo est aqua quae abluit.

VIII. **Q**uest. VII. *Aqua quae ex vite, aliove arboribus profuit, est ne sufficiens baptismi materia?* Resp. Negativa sententia communis est. Quoniam liquor ille succus quidam est, non aqua naturalis. Neque audiendi sunt qui dicunt, arbores aquam attra-

here radicem vehiculis. Quoniam si hoc interpretamentum valerit, etiam oleum, & vinum aqua esset. Aqua haec, a radicibus attracta, convertitur in mixtum: unde postea humor manat: ab aqua naturali diversus. Si arborum meatus adeo amplii essent, ut per illos aqua flueret, tum aqua ita non amitteret speciem suam, ideoque apta esset baptismi materia. Sed nulla est de hoc controversia.

IX. **Q**uest. VIII. *Lixivium, & infusulum carum sunt ne apta baptismi materia?* Resp. Negant aliqui, inter quos Paluagius *descrip. 80.* quia, inquit, aqua iurulentia non est apta ad lavandum, cum porius pollutat. Nulla ergo aqua turbida, immo nec aqua maritima apta erit materia. Hec opinio falla est, & opposita vera, quam docet S. Thomas *loc. cit.* cuius doctrina in hac materia semper habenda praeculis est. In qualibet aqua (inquit) *qualitercumque transmutata, dummodo non solvatur species aquae, potest fieri baptismus.* Et ad 2. addit: *Admixtio cribulata non solvit speciem aquae, sicut nec etiam aqua decoctionis carum, aut aliorum huiusmodi: nisi forte sit facta tanta resolutio corporum lixivorum in aqua, quod liquor plus habeat de aliena substantia quam de aqua; quod ex spissitudine percipi potest. Si tamen ex liquore sic inspissato exprimat aqua subillis, potest in ea fieri baptismus; sicut & in aqua quae exprimitur ex luto, licet in luto baptismus fieri non possit.* Idem potiori iure dicendum de lixivio est, ut subdit Angelicus ad 4. Hanc sententiam communiter amplectuntur Auctores, quos citat, & sequitur Leander *quest. IX. & quest. X. quart.* nam quae gutta, quae ex tegumento olla, aliis vaporibus densatis, colliguntur, confluantur aptam baptismi materiam? Et probabilius affirmative respondet: quam opinionem non audeo improbare, cum ex doctrina recitata S. Thome erui possit videatur.

X. **D**isputat quoque ibidem Leander *quest. XI.* num aqua quae manavit ex latere Christi Domini, poterit esse aqua baptismi. Quam difficultatem sibi proponit S. Thomas *loc. cit. arg. 3.* cui respondet, aquam illam fuisse puram, atque adeo aptam materiam. *Fuit autem aqua pura, inquit, miraculose egrediens a corpore mortuo, sicut & sanguis, ad comprobandam veritatem dominici corporis, contra Manicheorum errorem.*

XI. **C**ervilla, pitana, lac, urina, saliva, sudor, spiritum, lacrymae sunt baptismi materia, ut contendit Lutherus: ad qua petendum est, ut adducat aliquem Scripturae textum

tum quo id peripicue exprimitur, cum nihil quod expressum non sit in Scriptura, admittere cum suis gregalibus velit. Baunius, & Callropalans, inquit Leander *quæst.* xiiii. insitante necessitate, probabile iudicant, posse administrari baptismum in saliva, sudore, vel sputo: quam opinionem merito improbat.

XII. *Quæst. IX. Utrum aqua distillata ex floribus sit materia baptismi?* Resp. Nulla aqua artificialis apta est baptismi materia, ut peripicue declarat S. Thomas *loc. cit.* ad 5. his verbis. *Dicendum, quod aqua rosacea est liquor rose resolutus: unde in ea non potest fieri baptismus, & eadem ratione neque in aquis alchimis, sicut nec in vino. Nec est eadem ratio de aquis pluvialibus, quæ generantur ex maiori parte ex sublimatione vaporum resolutorum ex aquis; minimum autem est ibi de liquoribus corporum mixerum; qui tamen per huiusmodi sublimationem virtute naturæ, quæ est fortior arte, resolvuntur in veram aquam: quod ars facere non potest. Unde aqua pluvialis nullam proprietatem retinet alicuius corporis mixti: quod de aquis rosaceis, & aquis alchimis dici non potest.*

XIII. P. Claudius La-Croix *Lib. vi. n. 260.* refert multos ex Mendis, & Diana, qui probabiliter sentent, in extrema necessitate adhibendam vis conditione esse aquam rosaceam, & similes succos arte distillatos: quam opinionem de more non improbat, sed e contrario probat. Leander *quæst. xv.* tellatur, omnes communiter Doctores talem opinionem reitcere. Respondet P. La-Croix *loc. cit.* ad Pignatellum, asserentem certum esse eiusmodi liquores esse materiam invalidam, ita eum loqui ex suppositione quod eiusmodi liquores non sint aqua naturalis. Recentiores autem dicunt per distillationem extrahi in substantiam aquam naturalem, licet qualitates eius secum trahat. Verum habet. Recentiores illi aquam artificialem vocant naturalem, sicut vitium interdum vocant virtutem, & illicitum licitum, & bonum malum, & malum bonum. Contra recentiores istos clamant omnes antiqui, & moderniores Theologi: ideo illorum opinio reiicienda est. Fallam similitur reputo opinionem eiusdem P. La-Croix, qui ibidem n. 261, asserit, atramentum tenue videtur materiam validam, quæ quod distillata aqua nigrore colorata, qua ædifici diceretur se lavare. Atramentum quandoque fit ex vino: quo in casu certum est esse materiam inaptam: & etiam si fiat ex aqua, tum coalecit mixtum naturæ omnino diversæ ab aqua. Nemo habet us esse ut aqua est aquam aptam esse ad scribendum. De

atramento quod scribendo inservit, loquitur P. La-Croix. Ergo atramentum istud nullo modo dici aqua naturalis potest.

CAPUT IV.

De materia proxima baptismi.

I. Aqua naturalis, absolute accepta, materia remota: aquæ usus, quo abluuntur corpus, dicitur materia proxima. Hæc ablutio alia activa est parte baptizantis, qui abluunt; alia passiva respectu baptizati, qui abluuntur. Triplex diversis temporibus modus abluendi obtinuit, per immersionem, per infusionem, per asperionem. Immersio primum trina, post simplex obtinuit.

II. Præcisè Ecclesiæ seculis disciplina vigeat baptizandi per trinam immersionem. Id tellatur Ecclesiæ Patres, quorum aliqui opinantur, ter baptizatum mergi propter Trinitatis mysterium. Tertullianus de corona militis cap. 111. *Dehinc ter mergitur;* & contra Praxeam cap. xxvi. *Nec semel, sed ter ad singula nomina in personas singulas tingitur.* S. Hieronymus ad verlus Luciferianos: *Multa quæ per traditionem in Ecclesiâ observantur, auctoritatem sibi scripte legis usurpaverunt, velut in lavacro ter mergitur.* Qui plura capit, legat P. Iacobum Goar, Librum lacramentorum Gelalii, editum a Thomasio, & Martene *Lib. I. cap. 1. art. 18.*

III. Trina immersio non fuit usque ad sæculum xiiii. ita universè recepta, ut probatum interdum non fuerit baptismus unica immersione, aut infusione administratus. Nam *ehinicos*, id est decumbentes in lecto, perfusione baptizatos fuisse, colligitur ex S. Cypriani *epist.* lxxvi. ad Magnum. Horum clinitorum baptisma, superinfusione administratum, probavit Synodus Neocæsariensis *can. xxi.* Immersionem trinam sæculo vi. deleverunt Hispaniarum Episcopi plures, quod inde Ariani argumentum repererunt ad negandam oppugnantissimam sanctissimæ Trinitatis consubstantialitatem. Novum ab Hispanis Episcopis inductum ritum baptizandi per unicam immersionem ritum habuit S. Gregorius Magnus; declaravit trinam apud Romanos immersionem obtinere *Lib. I. Epist. xlii.* ubi inquit: *In una fide non officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diversa. Nos autem, quod tertio mergimus, triduanæ sepulture sacramenta significamus, ut dum tertio ab aquis infans educitur, resurrexerit triduum temporis exprimat.* Negat Alcoinus, qui novum Hispanorum ritum improbat, epistolam hanc de uul-

unica immersione scriptam a S. Gregorio fuisse; sed validis momentis illam vindicant veteri erudit. Res tanti non est, ut severum posset examen.

IV. Trina immersionis ritus sæculo xiiii. adhuc obtinebat apud Latinos, S. Thomas, qui anno 1274. obiit *III. Part. quæst. lxxvi. art. 7.* hæc scribit: *Quamvis tunc sit baptizare per modum immersionis, quia hoc habet communior usus; potest tamen fieri baptismus per modum asperionis, vel etiam per modum effusionis.* Ex his verbis, inquit Cardinalis Gotti *quæst. 1. dub. 4. §. 1. num. 2.* colligi posse videtur, tempore S. Thomæ baptismum non per immersionem, sed per asperionem, vel infusione administrari, quamvis non ita communiter, ceptum esse. At verba S. Thomæ id dumtaxat quod fieri potest, non quod factum sit, produunt. Immo ibidem *artic. 8.* conceptis verbis gravis culpe fontem declarat qui per trinam immersionem non baptizatur. Hæc sunt illius verba. *Ideo in decretatione erroris eorum (Donatistarum) fuit statutum in Concilio Tolosano quod fieret non sola immersio, ubi sic legitur: Propter vitandam schismatis scandalum, vel heretici dogmatis usum, simplicem teneamus baptismi immersionem. Sed cessante tali causa communiter observatur in baptismo trina immersio.* Et ideo graviter peccavit aliter baptizans, quasi ritum Ecclesiæ non observans: nihilominus tamen esset baptismus.

V. Circa sæculum itaque xiv. obtinere cepit ritus baptizandi per asperionem, vel infusionem: pluresque innovati ritus causa asseruntur. I. Inopia ministrorum, qui, auctu baptizandorum numero, mergendis, ac educendis pares non erant; præsertim ex quo Diaconorum copia imminuta fuit. II. Baptizandorum commodum, potissimum infantum, quorum tenelle ætati molesta erat immersio. III. Mulierum pudicitia, cui, malitia inrecrement, consilere Ecclesiæ voluit. Feminæ enim, etsi adultæ, nudato proliis corpore, nullaque obiecta parte, immergebantur. Erant utique pluribus in locis alia pro feminis, alia pro masculis baptisteria: & alibi alia hora mares, alia mulieres baptizabantur: & Diaconisæ feminis, Diaconis masculis asselebant: tamen quia ministri baptizantibus exposita erant nudata mulierum corpora, & sublato Diaconisaram ministerio, ad cavendum periculum tum baptizantium, tum baptizandorum: ideo convenientius indicavit Ecclesiæ, missa immersione, inducere effusionem, IV. Periculum, ne infans, e

manibus ministris delapsus in fundum baptisterii, aquis suffocaretur.

VI. *Quæst. unic. Validus ne baptismus est sine per unam, aut trinam immersionem; sine per effusionem, aut asperionem administratur?* Resp. Adhucant Catholicos omnes. Quoniam Resurrectionem Christus iussit abluturam, nullo præscripto modo, ut ex eius verbis constat: *Baptizantes eos &c. Nisi quis venatus fuerit ex aqua &c.* Ergo quocumque modo ablutio fiat, valet baptismus. Idque confirmat Apostolorum exemplum, qui quandoque unum, quandoque alterum modum usurparunt. Immersione Philippus Eunuchum baptizavit *Act. viii.* Infusione, aut asperione plurimos baptizasse Petrum, alioque Apostolos, ex *Act. xv.* colligitur. Trina hominum militia eodem die baptismi fonte sibi legitur. Quis autem sibi in animum induxerit, Petrum, a solvite Apostolos tam brevi temporis spatio potuisse per trinam immersionem tingere tantam hominum multitudinem?

VII. Consecutoda diversæ, quæ variis temporibus in Ecclesiâ viguit, propositam sententiam confirmat: Nam præcisè temporibus trina obtinuit immersionem certum est. Post alibi una immersio inducta fuit: ut ex S. Cypriano, ex disciplina plurimum Hispaniæ Ecclesiarum, ex Gregorio Magno indicatum est, & plura alia adduci in confirmationem documenta possent. Tandem contemptum quoque est, in Ecclesiâ Latina, Græcis morem suum servantibus, versus finem sæculi xiv. penitus obsolevisse immersionis ritum, infusione, vel asperione inducta. Neque Latini Græcorum, aut Græci Latinorum baptisma improbarunt unquam. Ritum quippe iste ad disciplinam, lecus ad integritatem baptismi pertinet. Heinc Rituale Romanum, iussu Pauli V. editum, inquit: *Baptismus licet fieri possit aut per infusionem, aut per immersionem, aut per asperionem; primum tamen, vel secundus modus, qui magis sunt in usu, pro Ecclesiarum consuetudine retineantur.* Quod quod novatores, tamen incredibili furore abrepti contra Ecclesiæ Romane ritum, baptismum per infusionem administratum retinent: neque de more iunguntur, hunc modum non esse in sacris litteris expressum?

VIII. Obiectis 1. Cornelius Papa una cum Romano Synodo improbat baptismum administratum Novatianum in lecto decumbent recentia prætidia non fuerunt reputata valida, tum baptizandorum: ideo convenientius indicavit Ecclesiæ, missa immersione, inducere effusionem, IV. Periculum, ne infans, e

moriturus creditur, in ipso in quo iacebat letho perfusus, baptismum suscepit: si tamen huiusmodi baptismum suscepisse dicendus est. Heinc est quod eisdem ordinationem improbatam ab universo Clero fuisse subdat ibidem: *ex quo quod non liceret quoniam ex his qui urgente vi morbi in letho, perinde ac ille, perfusi fuissent, in Clerum assumi.*

IX. Communis responso est, Cornelium, Synodumque Romanam Novatiani Antipapae baptismum improbasse, propterea quod clericis, seu baptizatis in letho decumbentibus interdictionem erat ne ad sacros ordines promoverentur. Quoniam praeferebatur, illos, non moti fidei, sed mortis metu periculosos, baptismum suscepisse. Ideo irregulariter taliter baptizati declarati erant. Et quia Novatianus sic baptizatus fuit, ideo eiusdem baptismum propter irregularitatem eidem annexam improbatum a Cornelio, & a Synodo Romana fuit; necque propter eiusdem integritatem, de qua nunquam disputatum fuit, neque in controversiam adductum, esset ne Novatianus rebaptizandus. Dispensationem utique homo callidus, & vaser obtrunerat ab Episcopo; sed ementitia pietate, & altitia illum decepit, impulitque ad sacros ordines sibi conferendos, ut in Antipapam, & Cornelium e pontificio solo detrudere posset. Ad improbandum talis baptismi accessit quoque defectus confirmationis, & Eucharistiae: quae duo sacramenta cum non suscepisset iuxta illius temporis morem Novatianus, ideo perfectus non fuit habitus eiusdem baptismi; ut subdit idem Cornelius loc. cit. *Negue, postquam liberatus est morbo, reliqua percipit quae iuxta ecclesiasticam regulam percipi debent; negue ab Episcopo confirmatus est. Hoc autem signaculo minime percipit, quo tandem modo Spiritum sanctum potuit accipere?* Non ergo de validitate, sed de perfectione baptismi diffidium fuit.

X. Obiiciunt 2. Canon. sc. eorum qui Apostolice nuncupantur, deponitionis poenam infligit Episcopo, aut Presbytero, non baptizanti per trinam immersionem. Item Pelagius Papa epist. ad Gaudentium expresse alenit, Evangelico precepto Christum Dominum trinam immersionem iubere. Resp. Deponitionis poenam citatus canon infligit propter violatum in baptismi administratione ritum, nullo vero modo declarat, baptismum una immersione collatum, invalidum esse. Similiter Pelagius Papa II. aninadvertit in audaciam Bonifaciorum, eorumque baptismum improbat, propter violatam formam in eiusdem administratione. Baptizabant enim,

inquit Pontifex, solummodo in mortem Christi una immersione. Lege S. Thomam III. Part. 2. q. lxxv. art. 8. ad 2. ubi fuit explicatum quod nomine precepti evangelici Pelagius Papa intellexerit.

CAPUT V.

Plures quaestiuicula casuistica resolvuntur.

I. Quæst. I. *Liberum ministris est, baptismum aut una, vel trina immersione, aut infusione, vel asperione administrare?* Resp. Quamquam, ut dictum est, hi omnes ritus satis sint ad baptismum validum ministrandum; peccaret tamen, & quidem graviter, qui nulla cogente necessitate, sine Ecclesiarum ritum violaret. Saluberrimum est S. Augustini monitum epist. cxx. ad Laurentium. *Nulla disciplina, melior est grati prudentique Christiani, quam ut eomodo agat qui agere videtur Ecclesiam ad quam forte devenit: quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est tolerandum, & propter eorum inter quas virtutis sanctitatem, tenendum est. Iam supra ostensum est ex Concilio Tridentino, Ecclesiam praeditam esse potestate præcipiendi, immutandi, innovandi ritus illos quos pro temporum diversitate iudicat convenientiores: cui præcepto omnes fideles obnoxii sunt.*

II. Quæst. II. *Qualis infusio fieri in baptismo debet?* Resp. Talis infusio facienda quae satis sit ut baptizatus iuxta communem usum loquendi vere ablutus dicatur. Et curandum est ut præcipua corporis pars, nempe caput, abluatur.

III. Quæst. III. *An infans in utero matris inclusus baptizari possit, utero matris abluto?* Resp. P. Comitulus Lib. 1. quæst. xlii. fole verlat hanc quaestionem, led non, ut solet, perspicue. Proponit disputandum, utrum validum baptisma sit, dum infans caput in utero matris ablutus, pronuntiata forma. Pro sententia adfirmante resp. Gregorio, & Victoriam. Solam negantem esse veram definit. At distinctione opus est. Ad infans aliqua pars visibilis extra alvum parturientis egressa apparet; aut secus. Si primum; eertum est conferri baptismum posse, inquit S. Thomas III. Part. quæst. lxxvii. art. 11. ad 4. urgente tantum necessitate. Dicendum, quod expectanda est totalis egressio pueri ex utero ad baptismum, nisi mors imminet. Si tamen primo caput egrediatur, in quo fundantur omnes sensus, debet baptizari periculo immi-

imminente; & non est postea rebaptizandus, si eum perfecte nasci contigerit. Et videtur idem faciendum, quacumque alia pars egrediatur, periculo imminente. Quia tamen in nulla exteriorum partium integritas vite ita consistit sicut in capite, videtur quibusdam quod propter dubium, quacumque alia parte corporis abluta, puer post perfectam natiuitatem sit baptizandus sub hac forma: *Si non es baptizatus ego te baptizo.*

IV. S. Thomae doctrinam probat Ritale Romanum. *Nemo in utero matris clausus baptizari debet. Si tamen infans caput emerferit, & periculum mortis imminet, baptizetur in capite: nec postea si virus exarserit, erit iterum baptizandus. At si aliud membrum emerferit, quod visalem indicet motum, in illo, si periculum impendat, baptizetur; & tunc, si natus fuerit, erit sub conditione baptizandus eo modo quo supra dictum est: Si non es baptizatus, ego te baptizo &c. Ex his constat secundum, nempe, si nullum infans membrum visibile egressum apparet, nullo modo ministrari baptismum posse, & ministratum nullum esse.*

V. Quæst. IV. *Utrum valide baptizetur infans in utero matris inclusus, si obstetricis arte possit super ipsum aqua immitti?* Respond. Leander qu. xxi. adfirmantem sententiam ut probabiliorem defendit, & pro eadem laudat Valentiam, Victoriam, Gabrielem, Reginaldum & alios. Hac est opinio quam laudat Comitulus arretur oppugnat: & quidem merito, ut ex allata S. Thomae, & Ritualis Romani doctrina clare constat. Eandem recipit S. Augustinus epist. lvi. ad Dardanum, ubi, duplice distincta natiuitate, altera per quam mulier est praegnans, altera per quam est partiens, haec docet. *Dominus autem cum hinc loqueretur, Nisi quis, inquit, renatus fuerit denno, eum scilicet computans primam natiuitatem quae fit matre partiente, non concipiente, atque pregnantem; quae fit ex ea, non quae fit in ea. Neque enim renatum dicitur bovem; quem mater peperit, tanquam iterum natus sit, qui iam semel natus fuerat in utero; sed illa natiuitate non computata quae gravidam facit, natus dicitur homo partu, ut possit renasci ex aqua, & spiritu. Si igitur homo regenerari per gratiam Spiritus in utero potest, quam resat illi adnue nasci, renascitur ergo ante quam nascitur; quod fieri nullo modo potest. Falla igitur est Leandri, & aliorum opinio. Et quamvis aperti uteri ostio, dum protraheret partum mulier nititur, possit obstetricis manu infans tangi, cerai tamen oculis nequit; immo mortuus ne, an vivus*

infans sit, aequè matris ac obstetrici ignotum est. Non ergo fati est immitti aqua possit, tanquam infans corpus; sed requiritur ut ex alio mulieris aut in totum, aut in partem baptizandus appareat. At nunquid, inquit, aeternum peribunt sine baptizate tot infantes in alvo matris extintidi? Cur hoc eveniat, non a nobis, sed a Deo querendum, dicendumque est. Arcana haec iunct que humanam fugiunt rationem, neque in divino consilio abscondita suspicere & venerari potest prudenteliter viri debent, non temere investigare.

VI. Quæst. V. *An, si infans pelle secundina involutus baptizetur, validus baptismus fit?* Resp. Infantum pellicula secundina involutum, valide baptizari posse adfirmant, inquit Leander qu. xxi. Aureolus, Angelus, Sylvester, Hurtado, Armilla, Agidius, Ochagavia, Valquez, Castropalos, Trullencius, Dicastillo, & alii. Oppositam opinionem ut probabiliorem defendit ipse Leander. Ego inter opiniones istas haec interponendam existimo. Aut imminet mortis periculum, aut secus. Si primum, fracta pellicula baptizetur puer; si secundum, exuta pellicula admittitur de more baptisma.

VII. Quæst. VI. *Si aqua capillos tantum, aut vestes tangat, validus ne baptismus est?* Resp. Adfirmantem opinionem, ad capillorum tantum quod attinet, ut probabiliorem defendit Leander quæst. xxiv. & pro eadem laudat Sotum, Valentiam, Suarezium, Toletum, Granadum, & alios. Quoniam capillis ablutis, moraliter tantum caput dicitur: quod ad baptismum sufficit. Confirmat exemplo S. Petri, qui tot millia uno die aspergendum baptizavit. Probabile autem est, multorum capillos dumtaxat aquam terigisse. Hanc opinionem ut falsam expulsiat graviores Theologi: Mitto quod capilli non sint corporis partes; sed aio, physice, non moraliter abluendum esse caput baptizandi. Quod de baptismo S. Petri obtruditur, ievicula, divinat est.

VIII. Si aqua supra vestes aspergatur, probabiliter valet baptismum docent, inquit Leander quæst. xxxii. Valentia, Soto, Vega. Oppositam probabiliorem indicat Leander ipse, nisi vestes ita subtiles sint, ut aqua attingere carnes valeat. Laudat pro eadem opinione plurimos. Verum & hanc opinionem, ut vanum commentum, reiticism. In fabricamentorum administratione non hominum arbitrarium interpretamenta, sed sacri Ecclesiae ritus servandi sunt. Super namque aut caput, aut corpus effundendam aquam Ecclesia praescribit, & effundit reipia.

IX. Quæst. VII. *Validus ne baptismus est, si fetus per, aut digitus infantis abluatur?*
 Resp. Adfirmantem opinionem ut probabiliorum defendunt Vazquez, Durandus, Filiucius, & alii, quos citat, & sequitur Leander *quæst. xxxv.* Opinionis istius falsitas patet ex eo quod Rituale Romanum supra citatum prescribat iterum baptizandum sub conditione infantem eius caput ablutum non fuerit. Idem docet S. Thomas III. Part. *quæst. lxxviii. art. 11. ad a.* Si puer propter periculum baptizetur in capite, non est iterum baptizandus sub conditione, si vero in quacumque alia parte baptizetur, iterum sub conditione est baptizandus.

X. Quæst. VIII. *Si quis ob aquæ penuriam in puteum, aut flumen infantem prociat morti proximum, valet ne baptismus, si formam pronuntiet, dum in aqua infans reperitur?*
 Resp. Negantem sententiam defendunt cum Scoto in IV. *dist. iv. quæst. 111.* communiter Scotista, ut Mallrus *disp. 11. quæst. 11. art. 1.* Fratrum Tom. X. *pag. 258.* In eam sententiam concedit Dominicus Soto in IV. *dist. 111. art. 8.* Habert *cap. 111. quæst. 111.* pro hac opinione citat Ricardum de Media Villa in IV. *dist. iv. art. 4. quæst. 2.* Sed inutile appellat quætionem. Esto. Saltem raro accidere casus potest, quem res ipsa contigisse narrat Panormitanus. Pro hac eadem opinione Leander *quæst. xxviii.* laudat Sylvestrum, Armillam, Trullenchum, Tabianam, & alios.

XI. Contrariam sententiam veram existimo, eamque propugnant Victoria *quæst. xvi.* Panormitanus in cap. Non ut apponere, Suarez *disp. xx. sect. 3.* Valensia *disp. iv. quæst. 1. punct. 2.* Bonacina *disp. 11. quæst. 11. punct. 4.* Vazquez *disput. cxlv. cap. 11.* Laymanus *cap. 11. num. 3.* Gabriel *disp. cxi. quæst. 11.* Major *dist. iv. quæst. 1.* Candidus *disp. xvi.* Filiucius *tract. vii. cap. 11.* Reginaldus *Lib. XXVIII. num. 21.* Dicalillo *disp. 1. dub. 3.* Castroplaus *punct. 4. num. 10.* Leander *quæst. xxxviii.* Gonet *art. 2.* Salmanticensis *tract. 1. cap. 11. punct. 1. num. 25.* Laurentius Berti *cap. vii.* laudatque Gavarum, Vanroy, Pietre, Guætero perdoctos Augustinianus. Obvia est huius sententia ratio. Tria ad hoc sacramentum requiruntur, verbum, elementum, & ministerio intentio. Adhuc hæc omnia in casu posito. Supponimus enim, prociatentem infantem in puteum formam profere cum intentione perficiendi sacramentum. Sit impia actio. At impietas ministri non reddit sacramentum nullum.

XII. Opponunt adversarii. Deest materia

proxima: quia puer sic prociatus, nec aspergitur, nec immergitur, nec infunditur aqua super eum. Neque enim potest esse immersio cui non succedit emerisio. Quid, inquit Dominicus Soto vel fordidam canem in profundum demergens puteum, unde evadere nequeat, videtur illum abluere, & non potius occidere? Respondent nostræ sententiæ patroni, veram hic contingere immerisioem; immo nimis completam addo ego, neque enim necesse est ut qui immergitur, emerget. Quin, ut advertit Cl. Laurentius Berti, si vni spectemus latini vocabuli, immergere non aliud adfert quam in profundum obruere. Quid si, ubi obtinet consuetudo ministrandi baptismum per immersionem, dilabatur infans e manibus ministri in profundum baptisterii, pronuntietque minister formam, antequam moriatur infans: nullum ne tunc baptismum erit? Nec est quod in raro casu explicando diutius immoremur. Validus similiter baptismus erit, si administratur aqua venenata, aut serventi, & cum intentione necandi baptismum; dummodo adfuerit intentio baptizandi, & debita ulsurper forma. Quid si quis videat puerum labentem, aut ab alio proiectum in puteum, vel in flumen, pronuntietque formam cum intentione baptizandi? Validum ne baptismum illud? Adfirmant Sotus, Ledesma, Trullenchus, Filiucius, Leander, & alii. Et profecto, si cum e manibus ministri casu dilabatur infans in profundum baptisterii, validum est baptismum, ut dixi; non video cur, validum similiter illud non sit. Quod enim a ministrante non abluatur, differentia solum materialis videtur. Et sane iuxta antiquum ritum Sacerdotes nudatas mulieres non lavabant, nec immergebant. Diaconisse corpora sacro oleo ungebant, Sacerdos solum frontem baptizante tangebatur, ut pudori, & modestie consilium eilet. Valere quoque baptismum dicimus, si quis aquæ desolanti e recto submirat puerum abluendum, si cetera ad baptismum necessaria serventur. Similiter si infans a baptizante sine mittatur in flumen, & ab illo vivus extrahatur, validum baptismum erit, si cetera serventur. Revocandum tamen in memoriam est, ministros semper graviter peccare, nisi, necessitate sublata, baptizent iuxta ritum ab Ecclesia prescriptum.

XIII. Quæst. IX. *Licetum ne est persequere alium mulieris desperatæ Janitricis, ut baptizetur infans?* Resp. Pregnantis mulieris infans desperata est. Si expectetur interitus, infans quoque cum eadem moritur. Disputatur, persequari ne absque scelere possit pro-

gnan-

gnantis feminæ alvus, ut infanti administratur baptismum? Id posse fieri, inquit Comitulos *Lib. 1. quæst. xiv.* Hæc laudata ratio videtur, quod æterna infantis salus prevaleret licet vitæ corpore feminæ pregnantis, cuius sanitas in desperatis iam est. Verum S. Thomas, qui subiectione communiter Theologus, homicidii reos damnat qui propter baptismum ministrandum infantem vitam perferant mulierem. Hæc quippe in IV. *dist. xv. quæst. 1. art. 1. quæst. 1. ad 4.* scribit. *Homo potius debet dimittere vitæ infantem quam esse peccat, homicidii crimen in matre committens.* Iterum III. Part. *quæst. lxxviii. art. 11. ad 3.* eadem confirmat doctrinam. *Non sunt facienda mala, ut evitent bona.* Rom. 111. *Et propter nos debet homo occidere matrem, ut baptizet puerum: si tamen mater mortua fuerit, vivente prole in utero, debet aperiri, ut puer baptizetur.* Hæc ratio, S. Pauli testimonio nixa, adeo est luculenta, ut nullam polleat confirmationem.

XIV. Axioma istud, quod opponitur, *Vita animæ alterius anteposenda est vitæ corporis sive propriae, sive alienæ, non inest, quempiam aut sibi, aut alteri mortem inferre corporis posse, ut alterius, aut suæ spirituali vitæ conlulat, sed eo dumtaxat pertinet ut pro æterna aliorum salute sustinenda interdum mors lit.* Verum sicuti virtutis est pro alterius spirituali salute mortem perpeti, ita sibi mortem inferre flagitium est detestabile, ut inquit citatus Comitulos. Idem iudicium ferendum est de muliere ultimo supplicio indiciens sententiæ plectenda, æ cuius supplicii dilatio infantis in utero oculis mors impendat. Quotiam, inquit Sotus in IV. *dist. v. quæst. vii. art. 11.* est dilectio alii materis facile necari indans potest. Præterea ultra periculum necis infantis urget ratio S. Thomæ iam producta.

CAPUT VI.

De forma baptismi.

I. **A** Nrequam formam baptismi a Christo prescriptam expono, paucis perstrinxere formas quas hæretici Marte suo confingere. Primo loco eam recenleo que cap. Si quis Presbyter, dist. iv. de consecr. narratur de illis qui baptizabant, non in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sed in trinum principii expertum, vel trinum Filiorum, vel trinum Paraclitorum: quam formam, ibi improbatam, rursus damnavit ann. 538. Vigilius Papa in epistola ad Profuturum.

Conc. Theol. Tom. VIII.

Gnolitic, & Marcite, seu Marcolii aliam usurpant formam, teste S. Ireneo *Lib. 1. cap. xxi.* inquit: *Baptizantes ita dicunt: In nomine ignoti Patris uniusformis, in veritate matris omnium, in eo qui in Iesum descendit, in unione, & redemptioe, & communitate virtutum.*

II. Montanizæ, & Sabelliani ita adulerant baptismi formam, ut Concilium Constantinopolitanum I. post Laedienis declaraverit *can. vii.* illis ad Ecclesiam venientes recipiendos esse per baptismum, tamquam Paganos. Idem iudicium tulit Concilium Nicænum I. *can. xix.* adversus Paulianitas, sic dictos a Paulo Samolatenno. *De Paulianis, ad Ecclesiam catholicam confugiuntibus, definitio, prolata est, ut iterum in baptizentur omnimodo.*

III. Ariarum alii receperant Ecclesiæ formam retinere; ut testatur Hieronymus adversus Luciferianos, ubi reprehendit. Hilarium Diaconum, quod reprobasset Arianos. Alii tamen iuxta propiam hæresim, qua Filium minorem esse Patre blasphemabant, formam baptismi corripserunt, lic expimentes formam: *Ego te baptizans nomine Patris maioris, Filii minoris, &c.* Alteram formulam refert Theodorus Lectior *Lib. II. collectan.* ubi narrat Deuterium Ariarum Episcopum baptizasse quemdam nomine *Barbam* hoc modo: *Baptizetur Barbas in nomine Patris, per Filium, in Spiritu sancto.* Eunomianos hanc usurpasse formam scribit hæres. lxxv. Epiphanius. *In nomine Dei increati, & in nomine Filii creati, & in nomine Spiritus sancti, & a sereno Filio procreati.*

IV. Lutherus, & Galenianus retinent Ecclesiæ catholicæ formam ad verba eod. attinet. Cum tamen nullam verbis evangelicis in ipsis contentam, non ita ea necessaria iudicant, quin, his prætermisissæ, conferri baptismum posse doceant. Tanta adversus Ecclesiæ Romanæ dogmata vesania agunt, ut ipsius primi sacramenti doctrinam, & integritatem adulterare ipsos non pudeat, ut in erroribus suis libi conflarent. Sola fide iustificari hominem volent, nequeunt verba sacramentorum esse consecratoria: id eo ab expressa sanctissime Trinitatis invocatione baptismum non pendere inferunt. Quare Lutherus de captivitate Babylonica hæc *cap. de baptism.* scribit. *Non dubitem, si quis in nomine Domini suscipiat baptismum, etiam si impius, minister non det in nomine Domini, vere baptizatum esse in nomine Domini.* Cur tunc? Quia subdit ibidem, *in suscipiens si de, vel usu sita est virtus baptismi.* Heinc

F

lacr-

sacramenta vera esse divinarum promissionum signa, omni intima virtute destituta, efficiant.

V. Quæst. I. *Legitima ne est, & conveniens verborum forma quæ Ecclesia Latina utitur?* Resp. Forma Ecclesie Latine hæc est: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.* Legitimam & perceptivam esse eiusmodi verborum formam, plura evincunt documenta, nempe Sacramentarium S. Gregorii Magni, in quo præfata forma tit. 66. non ut nova, sed ut communis cum apud Latinos usurpata prescribitur. Ordo Romanus, paulo post S. Gregorium editus in lucem, eandem formam probat. Accedit omnium occidentalium Ecclesiarum consensus. Consue, si plura cupis, Missale Gethico-Gallicanum apud Thomassin, & Liturgiam Gallicanam a Cl. Mabillonio editam & illustratam, tit. 25.

VI. Convenientiam huius formæ S. Thomas III. Part. quæst. lxxv. art. 5. declarat. Quoniam, inquit, in ea exprimitur invocatio sanctissima Trinitatis, quæ est baptismi causa princeps. Hæc verba, *Ego te baptizo*, produunt causam instrumentalem, seu ministrariam, & subiectum, cui baptismus conferitur. Dicitur in nomine, & non in nominibus, ut unitas essentie, virtutis, & operationis trium personarum divinarum manifestetur. Tandem formam hæc legitimam convenientemque desinierunt Concilium Lateranense IV. Florentinum in decreto Eugenii Papæ ad Armenos, & Tridentinum sess. vii. can. 1v.

VII. Quæst. II. *Valida ne est forma quæ utuntur Greci?* Resp. Græcorum forma eiusmodi est: *Baptizetur servus (vel serva) Dei N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Olim communiter Theologi etiam doctissimi exillimarunt, Græcos in baptismo ministrando usurpasse verbum *Baptizetur* in sensu optativo, seu deprecativo, vel imperativo. Et ideo Eugenius IV. utrumque modum refert, & probat in suo decreto. Nunc post edita Græcorum Echologia omnes adfirmant, Græcorum formam esse enuntiativam, nempe *Baptizatur servus &c.* Rem demonstrant Arendus Lib. I. concord. cap. viii. P. Iacobus Goarius noster in not. ad Ezech. Morinus Lib. VIII. de Panis, cap. xvi. Martene antiq. Rit. Lib. I. cap. xvi. In quibusdam Ritualibus *vo amen* postquamlibet divinam personam repetitur hoc modo. *Baptizatur servus Dei in nomine Patris, Amen. Et Filii. Amen. Et Spiritus sancti. Amen.*

VIII. Validam esse hæc Græcorum formam, constans est Catholicorum sententia, Idque desinierunt Eugenius IV. in suo ad Armenos decreto, Leo X. in Bulla *Ascepimus nos*, & Clemens VII. in Bulla *Provisio nostra*. Et ratio etiam evincit. Nam hæc Græcorum forma, ad substantiam quod attinet, nihil differt a forma Ecclesie Latine etiam imperativa esset; cum eiusmodi modus ex communi Theologorum consensu non immutat essentiam formæ: multo magis vero, cum certo iam consuetudine esse enuntiativam per verbum *baptizatur servus &c.* In utraque enim forma exprimitur & ablutiois actio, & trium divinarum personarum invocatio, & persona que baptizatur.

IX. Cur autem Græci utantur verbo *Baptizatur*, potius quam *Ego baptizo*, respondet S. Thomas III. Part. quæst. lxxv. art. 5. ad 1. his verbis. *Greci non attribuant actiōnem baptismi ministris, ad evitandum antiquiorum errorem, qui virtutem baptismi baptizantibus attribuebant, dicentes: Ego sum Pauli, ego Cephe: & ideo dicunt: Baptizetur (sive baptizatur) servus Christi tui in nomine Patris &c.* Et quia exprimitur actus exercitii per ministrum cum invocatione Trinitatis, verum perficitur sacramentum. Quod autem additur ego, in forma nostra, non est de substantia formæ, sed ponitur ad maiorem expressiōnem intentionis. Hinc reprimitur quorundam recentium Græcorum audacia, qui propter hæc voculam ego vellicare non erubescunt Ecclesie Latine baptismum. Neque enim nos ad substantiam formæ pertinere hæc vocem asserimus, sed ad maiorem, ut inquit S. Thomas, intentionis expressiōnem.

X. Quæst. III. *Requiriturne ad validitatem baptismi ut exprimaturs actus baptizantis per verbum Baptizo, aut Baptizatur?* Resp. Sententiam adfirmantem propugnant omnes; etiamque desinuit Alexander III. in III. Decret. tit. xlii. cap. 1. his verbis. *Si quis puerum ter in aqua immerferit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; & non dixerit: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, non est puer baptizatus.* Adversus hæc pontificiam doctrinam recentiores nonnulli his ultimis temporibus scripsere non sunt veriti. Ilorum commenta damnavit in hæc thesi n. 29. Alexander VIII. Valuit aliquando baptismus sub hæc forma collatus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, prætermisissis istis. Ego te baptizo. Accedit perpetua Ecclesie traditio, ut ex supra laudatis testimonio patet, in huius veritatis confirmationem. Ecclesia

autem id hausit ex verbis evangelicis: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Quia ratione omnes hinc colligunt invocandæ sanctissima Trinitatis necessitatem; & eadem inferre debent necessitatem exprimiendi ministrum actionem. Aut, si licet omittere verbum *Baptizo*, licitum quoque erit prætermittere aliud vocabulum in verbis evangelicis recitentium.

XI. De more Angelicus Doctor III. Part. quæst. lxxv. art. 5. ad 2. congruentem assignat rationem cur exprimitur sit ministrum actio; & inquit: *Quia ablutio hominis in aqua propter multa fieri potest, oportet quod determinetur in verbis formæ, ad quid fiat: quod quidem non fit per hæc quod dicitur: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: quia omnia in tali nomine facere debemus, ut habetur Coloss. 111. Et ideo si non exprimaturs actus baptismi vel per modum nominis, vel per modum Græcorum, non perficiturs sacramentum. Hæc S. Thomæ ratio quibusdam doctis eruditique Theologis minus efficax videtur. Et istorum placitum adoptavit P. Milante in proposit. 27. Alexandri VIII. quia, inquit, est congruentialis sit... convincens undequaque non est. A laureato in Thomistica schola Magistro aliquod oblatum, officique erga Angelicum Doctorem expectandum erat. At plaris faciendâ illi vîdâ est censura Farvaquesii, qui quæst. iv. cap. 111. §. 2. inefficacem præfatam rationem declaravit, quam S. Thomæ auctoritas. *Congruentialis, & non prosilis exortitur est ratio S. Thomæ. At nunquid Angelicus Doctor, ut ineluctabilem demonstrationem illam dividit? Divinis Scripturis, traditione, & Alexandri III. decreto, quod ibidem recenset, communem doctrinam confirmat. Post de more congruentes rationes assignat. Neminem latet, eorum quæ a sola Dei voluntate pendunt, ut sunt sacramenta, convincentes omnino rationes adduci non posse. Sed præsupposita divina institutione, incredibili profunditate cum perpicuitate conjuncta, S. Thomæ ostendit facti convenientiam. Accedit quod Aquinas illam rationem adhibet, ut diluat oblietionem Episcopi Toracensis, & aliorum, quam sibi in argumento secundo proponit resolvendam. Porro nulla ratio, nulla responsio solidior excogitari potest traditionem Ecclesie potest ad diluendam præfatam oppositionem præ hæc quam Angelicus exhibet. Utrique P. Milante non asserit, hæc rationem esse S. Thomæ; sed licet debuisset, a S. Thomæ eandem præberi. Sed hæc obiter.**

VII. Proponenda nunc est argumentatio Stephani Toracensis, ut lauculentior appareat S. Thomæ ratio. Christus dicit: *Euntes, docete omnes gentes.* Nemo heinc infert, ut inter docendum proponendum sit, *Ego vos doceto.* Ergo eadem ratione inferri nequit proponendum esse: *Ego te baptizo.* Hinc est oblietio quam S. Thomæ loc. cit. sibi opponit: respondeatque ablutioem non varios fines fieri posse; nec determinari præ hæc verba. *In nomine Patris &c.* quia, ut Apostolus dicit, omnia in hoc nomine faciendâ sunt. Ut ergo finis ablutiois determinetur, necesse est ut ministrum id exprimat. Exemplum peritum a doctrina, ineptum est. Quoniam efficacitas doctrinæ non pendet ab intentione docentis. Ludendo, iocando, & ridendo errorem, aut veritatem docere quis potest; secus admistrare sacramenta, quæ ab intentione ministrum pendeant. Igitur necesse haud est ut Doctor dicat, *Doceto vos.* At oportet ut dicat *Baptizo, aut baptizatur.* Nullius pariter momenti sunt alia que obtrudunt exempla solent: quia in iisdem actionibus seipis determinatæ sunt ad effectum producendum. Quæ hæctenus dicta sunt, temper cum traditione Ecclesie copulata accipi debent: sic enim mutuo se se confirmant; & inveniunt. Siquidem ex perpetua Ecclesie traditione semper adhibita sunt verba: *Ego te baptizo, aut baptizatur &c.* Ecclesie traditio non est ratione destituta. Ergo ratio traditionem, & traditio rationem firmat.

VIII. Quæst. IV. *Collatus ne aliquando baptismus fuit in nomine Iesu, aut Christi tantum, prætermisissâ Trinitatis invocatione?* Resp. Adfirmantem opinionem propugnant S. Thomas, S. Bonaventura, Scotus cum universa fere eius Schola. Immo tempore S. Thomæ communis hæc erat inter Theologos sententia. Reverendissimus P. Augustinus ORSIVIR sane doctissimus, & in præfatis sacri Palatii Magister ob præclara sua merita doctorus, illustrandam suscepit Angelici Doctoris sententiam. Illius litterarum conatus non eo pertinent, ut extra disputationis aleam constituit S. Thomæ, & Scholasticorum illius temporis communem doctrinam; sed ut probabiliter eadem asserat, vindicetque ad oppugnatoribus, qui ad inanes fabulas eandem recedere audebant. Intra hæc moderationis, & modestie consilia suam ille aderet. disputacionem. Quis postro consilium aderet prudens, modestum, cautum improbare valeat? Alterum enim. Aut negandum, probabilem esse sententiam quam S. Thomas, S. Bonaventura, Scotus, Schola Tho-

missica, & Scoticica communiter defendunt: aut concedendum. Qui primum negant, trancos se perhibent. Secundum ergo fatentur necessum esse. Porro, si revera probabilis, potissimum probabilitate extrinsecus accessita, prestat opinio eius quis, nisi fatuus, aut similitatis pruriginis ductus, carere eiusmodi probabilitatis assertorem potest? Hæc paucæ evincunt quam fuerit prudens consilium, quam commendabilis labor Reverendissimi ORSI. Et tamen inventus homo est, qui vitiligandi cachoere tactus, adversus dissertationem eiusdem ORSI tanto furore, & acri disputatione irruerit, ac si monstruolum aliquod commentum profligandum illi fuisset. Sed ferocientes adversarii spiritus compressit Cl. ORSI, editis suæ dissertationis eruditissimis vindictis. Hæc delibasse sufficit, ut data occasione patefacerem Reverendissimi ORSI conatus pro afferenda S. Thomæ, & communis olim Thomistica, & Scoticica Scholæ doctrina ab iniunctis censuris, commendandis esse, & imprudens, irrationique molimentum adversarii. Ad meritum vero questionis quod attinet, nihil in presentia pronuntiandum exilium. Utramque partem optimo in lumine collocatur docti eruditique Theologi. Quare actum agerem, si quidquam adicerem.

CAPUT VII.

Questiones que disputari in utramque partem a Casuistis solent, resolvuntur.

I. **Q**uest. I. Qui deliberat omittit in forma baptismi hæc particulam Ego, peccat ne graviter? Resp. Omnes cum S. Thomæ III. Part. quæst. lxxvi. art. 5. fatentur, prestatam particulam ad formam substantiam non pertinere. Disputant vero in utramque partem Casuista, sit ne grave, an leve peccatum omnino prestatæ particule. Gregorius culpam esse affirmat Filiucini, Oregorius, Turæcremata apud Leandrum disp. 11. quæst. 111. ubi ipse ut quid probabilis defendit esse leve; laudatque Sorum, Vasquez, Javellum, Granadum, Ledesman, Henriquez, Castroplatum, & alios. Gravitas istius malitia trutinæ nisi defant. Scio peccatum esse; at peccat gradum ignoro. Qui ex negligentia omittit, peccat venialiter. Quia ratione vero excusandus esset a mortali culpa qui hæc particulam deliberat omittit, profecto ignoro. Nam hæc deliberata omnino vix esse potest a contemptu

ritus ecclesiastici immunis. Levis est materia absolute inspecta; at in forma sacramentali singule voces gravis sunt momenti. Quoniam autem nemo nisi fatuus, dum baptizatur, deliberat omittit: potest hæc particulam, ideo a prolixiore disputatione abstinere.

II. **Q**uest. II. Validum ne baptismus est, si minister loco Ego diceret, Nos te baptizamus? Resp. Affirmant plures, si baptizans sit persona vulgaris, & privata, ut Parochus &c. Altera sententia docet, in utroque casu validum esse baptismum: quoniam etiam persone vulgares, & private solent loco ego dicere nos. Qui tamen ita baptizaret, peccaret. Sit ne vero gravis, an levis hæc culpa, ut supra dixi, ignoro. Validum quoque baptismum affirmant plures, si minister diceret: Ego Petrus: ego Sacerdos baptizo &c. Quia hæc additio substantiam formæ non variat.

III. **Q**uest. III. Utrum, si plures baptizarent simul, unum conferrent baptismum? Resp. Affirmat Caietanus qu. lxxvii. art. 7. Beludanus in 1^a disp. 111. qu. 11. Durandus, Ricardus, Valentia: & est communis sententia, ac vera, si singuli applicant materiam, & pronuntient formam, habeantque intentionem. Sunt enim omnes causæ instrumentales, non principes. Qui prius profert verba, baptizaret. Qui postea pronuntierent formam, non baptizarent, sed sacrilegium committerent, eo quod baptismum repeterent.

IV. **Q**uest. IV. Hæc particula TE est ne de baptismi essentia? Resp. Sunt qui negant; sed communis, & vera sententia affirmat. Nisi enim subiectum exprimat, non designatur certa, & determinata actio ministeri; sed indifferens, & vaga remanet. Baptisma autem vi formæ applicari persone illud suscipiente debet. Postremum in nullo Euchologio, in nullo Rituali forma baptismi reperitur, in quo persona que suscipit baptismum debet, non exprimat. Accedit, hoc perspicue contineri in evangelicis verbis, *Baptizantes eos.*

V. **Q**uest. V. Peccat ne mortaliter qui exprimeret nomen baptizati, dicens: Ego te baptizo Petrum in nomine &c. Resp. Disputant in utramque partem recentiores. Peccare hæc ministerium affirmant omnes. Ego de more dico, me hære istius malitiam addidum. Illud repetam, ritus administrandi sacramenti, & presertim illos qui formam a Christo Domino instituta spectant, integre, & absque ulla aut detractioe, aut additione servandos esse, cum summi momenti sint. Quare non video quomodo excusari a gravi culpa possit qui

qui deliberato animo quidquam addat, variet, aut diminuat.

VI. **Q**uest. VI. Validum ne efficeret baptismus qui loco Baptizo, diceret: Mergo, immerso, lavo, abluo? Resp. Negant Alenis quæst. 111. de baptismo. Gabriel in 1^a disp. 111. Glossa Decreti in cap. Multi sunt, Innocentius IV. in cap. Si quis puerum. A ratum, legitimumque iudicat communis, & mihi vera sententia, quam defendunt Soto in 1^a disp. 111. quæst. artic. 5. Suarezus disp. dist. 111. quæst. artic. 5. Saarezus disp. dist. 111. sect. 2. Toletus Lib. II. cap. xix. Vasquez disp. cxlii. cap. 11. Laurentius Berti Lib. XXXI. cap. x. & communiter Casuista. Nam hæc verba baptizo, abluo, tingo, mergo, sunt synonyma. Et repta Tertullianus Lib. de baptismo, cap. xiiii. & communiter Casuista, cap. 111. pro baptizate usurpat mergitare, tingere &c. Similiter Cyprianus episc. xxii. ad Clerum Romanum pro baptizate usurpat tingere. S. Hieronymus in cap. xxviii. Mart. scribit: Iussit Apostolus ut primum docerent universas gentes, deinde fidei intringerent sacramentum. Glossa Decreti. Innocentius IV. aliquæ oppositæ sententiæ patroni negant conteri validum baptismum in proposito casu, exilimantem ministerium qui prestat verba usurpat, non habere intentionem faciendi rem sacram iuxta Ecclesiæ ritum, & intentionem. Quoniam iuxta communem consuetudinem loquendi hæc verba lavare, abluere, prolavare, non sacramentalem significant abolitionem. Sed intentio pendet a voluntate ministeri, & ceteræ circumstantiæ eam declarant.

VII. **Q**uest. VII. Particula IN est ne de essentia baptismi: aut graviter peccat qui illam delibetate omittit? Resp. Ut de prima questione, tamquam loquamur, sententiam negantem, tamquam probabiliorum, defendit Leander quæst. 11. quod dempta prestatæ particula IN remaneat integer sensus: & citat Dianam, Filiucium, Candidum, Hurtadum, alioque, Graviorum Theologi, Comitulos, Sotus, Maior, Navarrus, Gabriel, & alii plures affirmant, eo quod omnino istius particule sensum variat. Dum enim minister dicit: Baptizo te nomine Patris, & Filii &c. ostendit se auctoritate, vel potestate, vel imperio trium personarum id facere. Quare, cum de validitate sacramenti agatur, hæc secunda sententia mihi probatur. Ad secundam partem quod attinet, peccare mortaliter talium particulam omittentem, mihi certum est, cum sacramenti validitatem dubio exponat. Idque docent omnes secundæ opinionis assertores.

Conc. Theol. Tom. VIII.

VIII. **Q**uest. VIII. Valide ne baptizaret qui diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus sancti? Resp. Negat Martinus Bonacina disp. xi. quæst. 11. punct. 4. qui adherent nonnulli alii. Sed hæc opinio falsa est, cum repetitio istius nominis nullo modo sensum formæ a Christo institutæ immutat. Et hæc forma cum nominis repetitione usurpata reperitur in Rituali Ecclesiæ Alexandrinæ Tom. IV. Biblioth. PP. pag. 58. Item in Sacramentario Gelassi, & in Sacramentario Gallicano, edito a Mabillonio Tom. I. Mus. Ital. ubi aliquando tribus, aliquando duabus vicibus Tò nomen repetitum legitur. Quis improbat hæc formam, Baptizo te in nomine Dei Patris, Dei Filii, Dei Spiritus sancti? Porro si repetitio istius vocabuli Deus non multiplicat divinam substantiam; multo minus cum multiplicat repetitio in nomine &c. Invalidum vero esset baptismus, si loco in nomine quis diceret in nominibus: quia tum non exprimeret unitas divine essentia.

IX. **Q**uest. IX. Validum ne baptismus est hæc forma administrata: Ego te baptizo cum Patre, cum Filio, cum Spiritu sancto? Resp. P. Comitulus Lib. I. quæst. x. fute veritas hæc questionem, & utriusque partis argumenta proponit; & ipse adfirmantem partem defendit. Verum, cum in ministrandi sacramentum tutorem patrem amplecti debeamus, opinio negans mihi & tutor, & probabilior est: quia in prestatæ forma clare non exprimitur unitas essentia, quam necessario exprimebant Patres docent; ut supra ostensum est.

X. **Q**uest. X. Si quis omiserit in nomine, & substituerit in virtute, validum ne baptismus conferret? Resp. Duas sententias refero Leander, & utraque probabilis esset. Ego dem de sacramenti validitate dubia occurrit disputatio, vix proferre sententiam audeo. Qui affirmant, contendunt in virtute idem significare ac in nomine. Qui negantem partem sustinent, defendunt particulam in virtute diversum proferre significatum ac particulam in nomine. Dubia ergo res est, sit ne idem significat. Idcirco negans sententia mihi tutor, & probabilior est: ac baptismum hic administratum, ut minus sub conditione repetendum exilimarem. Similiter invalidum reputo baptismum sub hæc forma collatum, Ego te baptizo in nomine sanctissima Trinitatis, vel in nomine unitus, & trinus, vel in nomine trium personarum. Quoniam expresse non profertur tres divine personæ, quarum expressionem omnes fatentur necessariam. Invalidum multo magis reputo baptismum administratum sub hæc forma, Ego

in baptizo sub nomine Iesu Christi, ob eandem rationem, quia deest expressa trium personarum invocatio.

XI. Quæst. XI. *Validum ne baptisma est sub hac forma ministratum: Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ad utroque?* Resp. Adfirmat Caietanus III. Part. quæst. lxvii. art. 5. Sed negantem sententiam defendunt communiter & Thomilæ, & Scottia, Suarez, Valquez, Estius, & communiter ceteri. Hanc eandem sententiam docere videtur S. Thomas III. Part. quæst. lxvi. art. 5. ad 7. ubi inquit: *Sicut aqua sumitur ad baptismum, quia eius usus est communior ad abluendum; ita ad significandum tres personas in forma baptismi assumuntur illa nomina quibus communis consueverunt nominari persone in illa lingua: nec in aliis nominibus perficitur sacramentum.* Argumenta tamen Caietani fateor non esse levioris momenti: nam, missis metaphysicis speculationibus, in communi Theologorum sermone pro eodem accipi solent nomina Genitoris, Geniti, & Spiriti. Tamen, cum de re sacramentaria agatur, communiori, & tutiori sententia adhaerendum est. Denique omnes adfirmant, graviter eum peccatorum qui tali forma uteretur. Validum autem existimarem baptismum sub hac forma administratum: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus sancti: quia Iesus Christus vere est Filius Patris.* Similiter ratum haberem collatum baptismum sub hac forma: *Ego te baptizo in nomine Patris omnipotentis, & Filii unigeniti, & Spiritus sancti Paracliti; ut expresse docet S. Thomas III. Part. quæst. lx. art. 8. ubi addit: Similiter, si quis diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; & Beate Virginis Mariæ: non esset baptismus: quia dicitur I. Corin. 1. Numquid Paulus pro vobis effusus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed hoc verum est, si quis intelligatur in nomine Beate Virginis baptizari, sicut in nomine Trinitatis, quo baptismus confertur: talis enim sensus esset contrarius veræ fidei, & per consequens tolleretur veritas sacramenti. Si vero quis intelligatur hoc addit: & in nomine Beate Virginis: non quasi nomen Beate Virginis aliquid operetur in baptismo, sed ut eius intercessio prestet baptizato ad conservandam gratiam baptismalem; non tollitur perfectio sacramenti. Si quis diceret: Ego te baptizo in nomine*

Patris, & Filii, & Spiritus, quin pronuntiaret sancti, invalidum existimarem baptismum: quia Spiritus absolute non prodit terrena: persona, quæ uno nomine dicitur Spiritus sanctus.

XII. Quæst. XII. *Conferret ne validum baptismum qui dicit: Ego te baptizo in nomine Patris? Ego te baptizo in nomine Filii: Ego te baptizo in nomine Spiritus sancti?* Resp. Negat Paulus Comitolus Lib. I. qu. vii. quia, inquit, hic sunt tres ablationes cum tribus formis imperfectis. Sed probabilior videtur sententia adfirmans, quam communiter defendunt Theologi. Scetus in IV. dist. iv. quæst. 1. art. 3. Estius in IV. dist. 111. §. 6. Toletus Lib. II. cap. xix. & multi alii, quos citat, & sequitur Leander quæst. xxvi. Neque verum est quod asserit Comitolus, tres esse formas imperfectas. Sed una est forma perfecta moraliter continuata cum trina immersione.

XIII. Quæst. XIII. *Omissis particulæ Et in pronuntiatione personarum, ut si quis diceret: In nomine Patris, Filii, Spiritus sancti &c. redderet ne invalidum baptismus? Resp. Adfirmant nonnulli; sed ratum esse asserendum est: quia hæc vocabula Patris, Filii, Spiritus sancti sua propria, & nativa significatone ostendunt oppositionem relationis, & consequenter distinctionem personarum. Peccaret tamen qui has particulas omitteret, & quidem graviter, si deliberate eandem forma demeret. Similiter peccaret qui omitteret vocem Amen, quævis non pertinet ad essentiam baptismi, sed sit potius administrati baptismi confirmatio.*

XIV. Quæst. XIV. *Validum ne est baptismus, administratum a balbo vel imperitiosissimo, qui mutet, vel demat aliquam litteram verbis formæ? Resp. Sententia adfirmans communis est, si demptio, aut mutatio litteræ sit in fine vocis. Quare validum baptismus asseritur si administratur: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quando ex circumstantiis manifeste probitatis, & imperitiæ notum sit, his vocabis tres divinas personas designari. Invalidum vero baptismus esset, si ex malitia minister corrumperet præfatas voces cum prava intentione non baptizandi. Validum similiter baptismus esset, si quis ex imperfectione linguæ, aut imperitiæ diceret, in nomine Patri pro nomine Patris, aut baptizo pro baptizo. Disputant quoque recentiores, validum ne foret baptismus, si quis pronuntiaret, Ego te baptizo, & propter tulum, aut respirationem paululum quiesceret, & deinde*

de adderet, tunc in nomine Patris &c. Negat Bonacina: adfirmant alii. Disputationes illæ mihi & arbitrarie, & inutilis videntur. Si enim casus occurreret, ut mea præfere opinio, securior pars eligenda esset, & integra vox baptizo simul pronuntianda: neque enim repetitio prioris syllabæ eo fine ut coniungatur cum posteriori ad maiorem sacramenti securitatem, quidquam irreverentie præfert; immo propter reverentiam summa sacramento debitam verbum integrum simul pronuntiatur.

CAPUT VIII.

De baptismi divisione.

TRiplex distingui baptismus solet, fluminis, fluminis, & sanguinis. Baptisma fluminis seu aque, sacramentum est hæcenus explicatum. Baptismus fluminis est perfecta contritio, quæ baptismi votum includit. Fluminis appellatur, quia, cum sit perfectus caritatis partus, a Spiritu sancto, qui flumen nuncupari etiam solet, excitatur. Porro hoc baptismus fluminis satis esse ad saluandum, cum baptismus aque haberi nequeat, certum est. Baptismus sanguinis est martyrium. Hanc partitionem explicat S. Thomas III. Part. quæst. lxvii. art. 11. Differunt autem hæc tria, quod baptismus fluminis sit sacramentum, secus alia duo: quia, inquit, S. Thomas loc. cit. sacramentum habet rationem signi; alia vero duo conveniunt cum baptismi aque, non quidem quantum ad rationem signi, sed quantum ad effectum baptismatis. Ipsi baptismus sanguinis, nisi necessitas urgeat ad christianam fidem profitendam.

II. Baptismus sanguinis, seu martyrium præstat baptismi aque, & fluminis, ut ait Angelicus loc. cit. artic. 12. quia passio Christi operatur quidem in baptismi aque per quandam figuralem representationem, & in baptismi fluminis, vel penitentia per quandam affectionem; sed in baptismi sanguinis per imitationem operis. Similiter virtus Spiritus sancti operatur in baptismi aque per quandam virtutum latentem; in baptismi autem penitentia per cordis commotionem; sed in baptismi sanguinis per purissimum dilectionis & affectionis fervorem, secundum illud Ioan. xv. Maiorem hæc dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Nec est quod opponas, baptismum sanguinis meriti vacuum esse, si fluminis baptismi careat: quoniam baptismus sanguinis includit bap-

tiſmum fluminis, sed non e contrario. Ergo baptismus sanguinis præstat aliis duobus, non quidem in ratione sacramenti, cum solus baptismus aque sit sacramentum; sed ratione effectus, gratiæ scilicet, & caritatis.

§. UNICUS.

Martyrii notiones, & quomodo suppleat vices baptismi fluminis.

Q Uod græce martyrium dicitur, latine testimonium appellatur. Martyr enim testem proprie significat; ut S. Augustinus in Psalm. cxviii. declarat. Testimonia græce martyria nuncupantur; quo verbo iam utimur pro latino: unde illos qui propter testimonium Christi diversis passionibus humilitati sunt, & usque ad mortem per veritatem certant, non testes, quod latine utique possunt, sed græce martyres appellamus.

II. Primis Ecclesiæ seculari confessoribus appellabantur martyres, ut habetur apud Cyprianum, epist. xxxvii. ii. & epist. lxi. ad Antonianum, ubi de Cornelio ante consummationem illius martyrium inquit: *Nomine inter confessores, & martyres deputandus qui statum temporis sedit exulare corporis sui carnisque, & tyranni ferocitatis utrores?* Alii distinguunt confessores a martyribus. Confessores illos appellabant qui Christi fidem coram tyranno confessi, & tormentis fortiter perlati saperitatis, mortem naturalem obibat; martyres vero qui inter ipsa supplicia vitam cum morte commutabant. Martyres, alii designant, quibus morti sententia indicta est, alii consummati, qui cruentum vitæ sacrificium in tormentis Deo offerunt; alii vindicati, quos Ecclesiæ declarat ob fidem Christi mortem optetisse.

III. Martyrii causæ tres. Quarum prima est persecutor mortem inferens ob fidei causam. Dux itaque persone ad martyrium necessario requiruntur. Altera est tyrannus qui infert, altera est fidelis qui ob fidei christianæ confessionem mortem sustinet. Heine S. Augustinus Circumlocutiones, mortem sibi inferentes, non martyres, sed inanos appellat Lib. I. contra Gaudentium Donatistam cap. xxx. ubi inquit: *Non est hoc confessio, sed furor; non est sapientia, sed demerita.* Excusat vero sanctas mulieres, sibi pudicitia custodiende causa mortem confitentes: quibus, inquit Lib. I. de Civ. Dei. c. xxxi. hoc fecerunt, non humanitas decipit, sed divinitus iussu; nec errantes, sed obediētes; sicut de Sampsono aliud nobis.